



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/311533>

— 10 —

LXX

Heete clar. de hooch kerk, § 388: - Den ko-  
ning te laten beslissen op de voordragt van een  
verantwoordelijken minister geeft in de meeste zaken  
geen, waarborg hoegenaamd, etc.

T H E S E S

JURIDICAE INAUGURALES.



ll.

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GULIELMUS HENRICUS TAETS VAN AMERONGEN,  
Ultrajectinus.

A. D. VENERIS. XIX MENSIS DECEMBRIS ANNI MDCCCLVI, HORA III.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. VAN TERVEEN ET FILIUM.

MDCCCLVI.



# T H E S E S.



## I.

Qui credidit pecuniam ad reficiendam vel reparandam navem iure Romano tacitum pignus non habet.

## II.

Furiosus qui damnum dedit minime re obligatur.

## III.

Condictio furtiva quidem ob delictum datur, sed non ex delicto nascitur.

IV.

Contra praescriptionem restitutionis, ex alia causa in integrum restitutio peti potest.

V.

Augmentum portionis debitae in Nov. 18 etiam pertinet ad patrem.

VI.

Heredes mulieris defunctae actionem de dissolvenda communione ab ea institutam, peragere possunt.

VII.

Mulier ius se abstinendi non habet a communione lucri et damni.

VIII.

Prodigus liberos naturales agnoscere potest sine consensu curatoris.

IX.

In art. 991 C. Civ. verba „in denzelfden graad,” non continent gradum quartum.

X.

Quae parentes tanquam pensionem annuam ad onera matrimonii sustinenda liberis dederunt, non videntur collationi obnoxia.

XI.

Locator privilegium in invecta et illata sibi concessum contra emtorem exercere non prohibetur.

XII.

Etiam pro invito quis fidejussor fieri potest.

XIII.

Transactio etiam in rebus mercatoriis per testes probari nequit.



XIV.

Acceptans ad solvendum non tenetur, si trassantis subscriptio est falsa.

XV.

Per art. 122 1<sup>o</sup> et a. 173 C. M. is qui literas cambiales acceptare v. solvere vult in honorem eius cuius nomine sunt trassatae, praefertur illi qui hoc facere vult in honorem trassantis.

XVI.

Non facio cum sententia tribunalis Roterodamensis die 13 Januarii 1845 (Weekblad n<sup>o</sup>. 581) curatorem non esse legitimum contradictorem si contra iudicium potioritatis quis se opposuerit.

XVII.

Non assentimur BECCARIAE, contendenti nullam dignitatis personarum seu conditionis in poenis irrogandis habendam esse rationem.

XVIII.

Actionem publicam secundum art. 22 C. Q. C. institutam laesus, mutata voluntate, rumpere non potest.

XIX.

Ex art. 401 C. P. poena pecuniaria tanquam principalis irrogari potest.

XX.

Non omnia decreta Ordinum provincialium a rege rescindi possunt.

XXI.

Prudenter Lex Fundamentalis legum promulgandarum tempus regi non praefinit.

XXII.

De onstoffelijke goederen behooren niet tot de rijkdommen.

XXIII.

Premiën op in- en uitvoer zijn af te keuren.

XXIV.

De leer der staatshuishoudkunde is den Wetgever onmisbaar.

